


1346 (inserenda post n. 584, p. 118).

Cilurni rep. in effossionibus ab Claytone institutis a. 1870 prope parietinas aedificii eius, quod aerarium fuisse creditur.




Bruce misit ectypum, in lapidario suo nondum edidit. Similes sunt n. 586. 621; fuit fortasse basis Pio posita ab equitibus alae II Asturum curante praefecto eius.

Ad n. 588 (p. 119). In fine adnotationis scribe *Habitancii* pro *Habitanci*.

Ad n. 612 (p. 120). In versu adnotationis paenultimo pro n. 613 scribe *b*.

1347 (inserenda post n. 620, p. 121).

Procolitiae, fragmentum a. 1871 effossum per Ioh. Clayton nunc loci dominum.



Ectypum misit Bruce, unde descripsi et supplevi. Alterum versus ultimi elementum Bruce putabat ex v et c conflatum esse; mihi potius y videtur esse. Latet fortasse cognomen aliquod veluti *Hyp[atus]* aut similia.

Ad n. 631 b (p. 122). V. 4 in fine scribe *the rest*.

P. 122. Ad *Borcovicii* nomen illustrandum fortasse non absonum est commemorare *Borgovico* oppidum hodiernum ad lacum *Benacum* situm, de quo videatur C. I. L. V p. 565; quanquam hoc originis noviciae esse potest.

Ad n. 713 (p. 130). Tituli comparandi sunt n. 660—663, non 650—659.

P. 134. De *Magnarum* nomine disputans lectores ad ea relegare oblitus sum, quae in praefatione ad cap. XXXIV (supra p. 91) dixeram.

Ad n. 743 (p. 134). At *Hoddam castle* idem *Pennant tour in Scotland* 1772 II p. 409 collocat an inscription in memory of one *Pervica* by her mother *Iulia*:

Dis Manibus sacrum IULIA PERVICAE filiae (sic)

Indicatur sine dubio idem titulus, quanquam non immemor erat *Pennant* tituli *Horsleiani Northumberland* n. 64.

Ad n. 748 (p. 135). Cf. n. 502c.

Ad n. 769 (p. 138). In praescriptionis v. 3 scribe *excursionibus* pro *excursionicus*.

Ad n. 822 (p. 145). In praescriptione scribe *garden* pro *qarden*.

1348 (inserenda post n. 825, p. 145). *Arula* nuper *Amboglannae* effossa.

DIII  
LATI

Bruce lap. n. 379. Voluit lapidarius fortasse DIII, *dae* pro *deae*. Cf. n. 938.

Ad n. 838 (p. 147). Si legatus re vera non diversus est a cognomine tituli n. 964, litterarum forma, ut fere accidit, fallit; nam titulus *Netherbiensis* n. 964 ad *Caracallam* pertinet.

Ad n. 846 (p. 148). *Brucius* titulum gravissimi momenti, qui unicum legionis XXII in *Britannia* vestigium continet (ut supra in additamentis ad praefationis p. 5 adnotavi), nuper investigavit in *Abbotsford*, where it occupies a niche in the garden wall. Descripsit tabellae ansatae, ut esse solent tituli eius generis militares, fragmentum ita summa cum cura:

VEXA  
LEGXX  
PRIMIG

Iam igitur dubitari nequit, quin re vera sit *vexi[llationis] leg(ionis) XX[II] Primig[eniae]*. Ad *Amboglannam* autem pertinere non videtur, verum potius ad *Old Penrith*. Ita enim *Brucius* refert: *in other niches are the statuettes, which are figured in Lysons Cumberland and are stated to have come from Plumpton, Old Penrith. I have little doubt the slab comes from the same place; it is composed of the same kind of sandstone as the figures, so far as I could judge. Itaque inserendus potius est post n. 322 (supra p. 79).*

Ad n. 850 (p. 148). Bruce lap. n. 457 (non omissa).

P. 151. Quae de *Sibbaldo* dixi, hic quoque eodem modo velim intellegi ut significavi supra in addendis ad p. 92.

Ad n. 873 (p. 152). Bruce lap. n. 435.

Ad n. 876 (p. 153). Bruce lap. n. 433.

Ad n. 878 (p. 153). Bruce lap. n. 427.

Ad n. 879 (p. 153). Bruce lap. n. 424.

Ad n. 881 (p. 154). Bruce lap. n. 428.

Ad n. 882 (p. 154). Bruce lap. n. 423.

Ad n. 883 (p. 154). Bruce lap. n. 429.

Ad n. 885 (p. 154). Bruce lap. n. 431.

Ad n. 886 (p. 154). Bruce lap. n. 433.

Ad n. 887 (p. 155). Bruce lap. n. 441.

Ad n. 888 (p. 155). Bruce lap. n. 438.

Ad n. 891 (p. 155). Bruce lap. n. 443. 444. In anaglypho capri marini et pegasi *Brucii* tabula numerum VII exhibet super caprum marinum a dextra; quem putat indicare numerum cohortis.

Ad n. 893 (p. 155). Bruce lap. n. 429.

Ad n. 896 (p. 156). Bruce lap. n. 445.

Ad n. 898 (p. 156). Bruce lap. n. 455.